



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

234. Invocatio judicij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

MIL
quam
uerit.
mittat

ia for-
m pœ-
pus à
r, car-
& om-
domi-
iax pa-
unt &
se ab-

gia

a scin-
rment
simul
quio
clesia,
nt, ne
ere.

o

um di-
ngem,
à tuis

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 299
vicinis aut tuis antecessoribus , quod tu per nullum ingenium , nec propter timorem , aut præmium , aut consanguinitatem celabis Episcopo tuo , aut ejus Missio , cui hoc inquirere jussit , quandocunque ex hoc te interrogaverit . Sic te Deus adjuvet .

De eadem re.

CCXXXII. Istud juramentum quod Burchard, lib.
7. c. 26. iste juravit de illa parentela quæ inter illum & ejus conjugem computatur , quod tu illud observabis in quantum sapis aut audisti . Sic te Deus adjuvet .

Sacramentum de incestuoso discidio .

CCXXXIII. Ab isto die jurabis quod Burchard. lib.
7. c. 27. tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ nomine illi , quæ contra legem & rectam Christianitatem usque in hunc diem tua uxor fuit , nec in conjugio , nec in adulterio , vel fornicatione , nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes , aut sub uno tecto manebis , nisi fortè in Ecclesia aut in aliquo publico loco , ubi nulla mala suspicio possit esse , ut ibi coram testibus pro certa necessitate pariter colloquamini . Nec aliam conjugem accipies , nisi fortè post actam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo aut ejus Missio . Sic te Deus adjuvet & istæ sanctorum reliquiæ .

Invocatio judicij .

CCXXXIV. De hoc quod mihi reputa- Burchard. lib.
9. c. 79. tum est in hac synodo quod simul cum ista fe-

300 REGINONIS LIB. II.
mina adulterium vel fornicationem fecissem,
quod ego non ira feci. nec inde me culpabilem
recognosco. Sic me Deus adjuvet ad istud ju-
dicium suum.

Juramentum post datam pœnitentiam de
perpetrata luxuria.

Burchard. lib.
9. c. 80.

CCXXXV. Ab isto die cum femina cum
qua adulterium vel fornicationem fecisti, un-
de disciplinam vel pœnitentiam suscepisti, am-
plius non adulterabis, nec fornicaberis, nec
eam in uxorem accipies, nisi fortè post pera-
ctam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab
Episcopo aut ejus Missio. Sic te Deus adjuvet.

De eo qui vivente marito conjugem illius
adulterasse accusatus perhibetur.

Ex synodo Meldensi.

Concil. Meld.
c. 69.

Burchard. lib.
9. c. 65.

CCXXXVI. Is qui vivente marito con-
jugem illius adulterasse accusatur, & eo in
proximo defuncto eandem sumpsisse dinosci-
tur, omnimodis publicæ pœnitentiae subiga-
tur. de quo etiam post pœnitentiam, præfata
si expedierit, servabitur regula, nisi forte
idem aut mulier virum, qui mortuus fuerat,
occidisse norentur, aut propinquitas vel alia
quælibet actio criminalis impediat. quod si
probatum fuerit, sine ulla spe conjugij cum
pœnitentia perpetuò maneant. Si autem nega-
verit se eandem feminam vivente viro adulte-
rasse, & præfati homicidij nemo eorum reus
extiterit, & probatis testibus neutquam con-
vinci potuerit, purgent legaliter famam sue
opinionis, & sumpto utantur conjugio, si